



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

150. An religiosi, qui secundum Decreta Clem. VIII. Novitiatum non fecerunt in locis designatis, possint, stante Bulla Urbani VIII. edita die 2. Aprilis 1631. coram Ordinariis locorum professionum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

formationes ante ingressum iuxta Bullam Sixti V. tenentur obsequere sub peccato mortali id. quod statuit Clemens VIII. in suo decreto, eo pacto, ut explicat Portel ubi supra, & alij.

Sup hoc preter doctrinam R. not. leg. sup. R. 157.

5. Quæro quartò, an si Novitius sit cognitus, indigeat supradictis informationibus? Respondeo negativè cum Bordonio, n. 87. de Vecchis *dub.* 1. num. 6. & alijs; notorium enim non equet probatione, quod me citato procedere etiam quoad forum externum putat Lezana in Summa tom. 4. ver. *Novitium num.* 23. Imò si Novitius non sit notus, & recipiatur absque informationibus, si à parte rei qualitates necessarias habeat, Superiores non incurrunt in pœnas latas in supradictis Bullis. Quod intellige in foro conscientie, non autem in foro fori. Ita docet me citato Pater Pellizzarius in *manu. Pralat. tom.* 1. tract. 2. cap. 3. num. 4. & me etiam citato P. Tamburinus de Iure Abbatum, tom. 3. *lib.* 6. q. 5. n. 3. vbi sic ait: Quoad secundam partem quaesiti, scilicet, an incurrant pœnas contentas in supradicta constitutione Sixti V. Respondeo cum Rodriguez tom. 3. q. 9. *Regul. q.* 54. art. 3. & Laurentio Portel in *dub. Regul. verb. Novitij in formationes*, n. 6. & Antonio Diana in *suis Resolut. moral. tract.* 2. *resol.* 83. quod Prælati omittentes prædictas Informationes, non incurrunt pœnas Bullæ Sixti V. nisi à parte rei Novitius, siue receptus absque informationibus, fuerit aliàs criminofus, & ligatus aliquo impedimento ex contentis in prædicta constitutione Sixti V. Quod si omni careat impedimento, non incurrunt pœnas, quia textus ligat solum recipientes criminofos. Idem affirmat Barthol. de Vecchis in prædicta Praxi Novitior, *dub.* 5. n. 3. Vnde P. Diana loco citato fatetur, se liberalissè à magnis angustiis quemdam Superiorem Regularem, contra quem FF. subditi insurgentibus propter receptionem cuiusdam Novitij, non præcedente informatione, de vita, & moribus secundum Bullam Sixti V. Ita ille. Cui adde, me etiam citato, Bordonum, n. 16.

Quæ hic est R. antec. & in alio §. eius annot.

6. Quæro quintò. Quid faciendum circa præfatas informationes, cum his, qui è Prouincijs remotissimis petunt ingredi Religionem? Resp. cum de Vecchis, vbi supra *dub.* 5. *per tot.* quòd quotiescunque informationes haberi non possunt ab his qui ex remotissimis partibus venerint, vel habent patriam ab Hæreticis, aut infidelibus miserè oppressam, idem Sixtus V. per aliam constitutionem, quæ incipit; Ad Rom. spectat Pontificem: concessit facultatem concedendi iis Religionis ingressum, & etiam admittendi ad professionem absque præfatis informationibus, dummodò adhibita convenienti diligentia nihil in contrarium compertum fuerit. Iudicio verò Superioris relinquitur quando verè è longinquis, & remotissimis partibus esse dicantur. Rodriq. tamen *to.* 3. q. 10. art. 13. existimat eam dici remotissimam regionem ad quam intra annum probationis difficulter recurrit, & informatio inde extrahi potest. Tunc verò censèo in hoc casu adhiberi convenientem diligentiam, quam requirit præfata constitutio, quando ingressurus Religionem, vel iureiurando affirmat se nullo impedimento Bullæ Sixti V. obstructum esse, vel saltem ij, cum quibus versatus est in loco seu regione, vbi recipiendus est, fidem faciunt quoad totum illud tempus, se nescire in tali persona aliquod ex dictis impedimentis reperiri. Et hæc omnia docet etiam Lezana n. 24. Tamburinus. q. 5. n. 6. Pellizzarius n. 3. & Portel n. 7.

Sup hoc sup. in §. Quæro 5. t. r. no. huius R. post me. v. excipitur.

7. Quæro sextò. An dictæ informationes sumenda sint, etiam si Novitius non sit maior 16. annorum? Ad hoc dubium respondet P. Lezana in Summa tom. 4. *verb. Novitium*, n. 21. vbi loquendo de dictis informationibus, sic ait: Quatò nec esse necessarias pro receptione iuuenum, qui non sunt maiores 16. annis; communiter tenent DD. eò quod Pontifex in d. constitu-

tionem. Cum de omnibus id exprimat illis verbis: maiores 16. annis Suarez tom. 3. de Relig. lib. 5. c. 10. n. 11. Rodriguez *to.* 3. q. 9. *Regul. q.* 10. art. 13. Miranda tom. 1. *Manual. q.* 21. art. 1. *concl.* 3. & alij. Cæterum licet id verum sit ex vi constitutionis Sixti, nihilominus stando in Decretis Clem. VIII. approbatis à S. Congreg. sub Sanctissimo D. N. Urbano, fieri etiam debent de iis, qui dictum 16. annum non excedunt. Quod colligitur ex verbis illis ibi adductis, præcipue eorum, qui decimum sextum ætatis suæ annum excedunt, an criminofus, &c. vbi particula illa, præcipue exprimit calum minus dubium. Barbosa de *actis dicit.* 20. n. 1. & *dicit.* 168. num. 1. Rodriguez tom. 1. q. 9. *Regular. q.* 100. art. 2. *vers.* circa quam. Menochius de arbit. lib. 2. *casu* 4. 16. num. 19. Peirinus tom. 2. de *Prælat. quest.* 3. cap. 1. num. 10. Cum autem dicta Decreta solum sint pro Novitiis in Italia, & in illis adiacentibus à Sede Apostolica approbatis, idèd in alijs locis standum erit constitutioni Sixtinae. Hucusque Lezana.

8. Et tandem nota dictum Pellizzarium n. 5. docere ex privilegio concessò à Greg. XIV. Societ. Iesu Superiores eximi ab obligatione sumendi dictas informationes, provt in Bulla Sixti V. & subdit hoc privilegio gaudere per communicationem alias Religionis: sed hoc vitium non video obferuari.

RESOL. CL.

An Religiosi, qui secundum Decreta Clem. VIII. Novitiam non fecerunt in locis designatis, possint sibi Bulla Urbani VIII. edita in die 2. Aprilis 1637. eorundem Ordinariis locorum professionem nullitatem petere, non servatis tamen servandis, & præsertim dispositionibus Conc. Trid. Ex part. 5. tract. 14. & Muc. 1. Resol. 16.

§. 1. Aliqui constanter putant professiones dictorum Religiosorum non esse invalidas, quia supradicta decreta Clementis VIII. non fuerunt à Regularibus vsu recepta, vt probat, & testatur Sigismundus à Bononia in tract. de elect. part. 2. cap. 1. *dub.* 56. num. 3. vnde Laurentius de Peirinis in *privileg. Minim.* tom. 3. cap. 12. *const.* 7. alias 17. Urbani VIII. in *schol. numer.* 1. docet, quòd si loca Novitiam fuerint continuata à tempore Clementis VIII. vel Pauli V. etiam si per incuriam Fratrum deputaciones ipsæ authentice non reperirentur, poterit in his habere locum præscriptio. Putat igitur quòd constitutio Urbani VIII. edita vt supra die 2. Aprilis 1637. incip. *Religiosos viros*, &c. intendit solum concedere favorem Religiosis volentibus in Religione permanere, ita vt eorum Prælati non possint eos molestare, nec eicere. Et licet Pontifex dicat talem professionem esse nullam, intelligit Peirinus talem nullitatem non ex parte professi, sed ex parte Religionis; sed quicquid sit de hoc, remitto me ad hylum Curia Romana, & ad ipsimum Pontificem viventem, qui vivat Nestorios annos. Affero tamen supradictas professiones Regularium malè ab Episcopis, vel alijs iudicibus vsque adhuc declaratas esse invalidas non servatis servandis, & præsertim dispositionibus facti Concilij Tridentini quoad nullitatem professionum; quod aperte patet ex epistola Eminentissimi Cardinalis S. Onuphij tenoris sequentis: *All'illustr. & molto Reverendo Monsignor comme fratello. Questi Eminentissimi miei signori vengono raguagliati, che con l'occasione della Bolla, nella quale la Sanctità di N. S. ha dato forza à i Religiosi di consalidare le loro professioni, che si potevano pretendere nulle, per causa di non*